Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8266
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

scripturis · et non credunt: quia hoc
ipsum quod credunt · perfecte credere non
punientur: Quod enim credunt uerita
tis est uirtus: et nulli potest esse occasio:
quod autem non credunt cecitatis est in
uenia: quia subiecti sunt apibus eius: Ines
illorum libera non est: Vt puta omnis qui
christiani sumus: et legimus: et sumus: quia
mundus consummandus est: et quia mori
turi sumus: et hoc ipsum tamen perfecte
non credimus. Si enim perfecte credere
sic uiueremus: quasi post modicum finis
turi de mundo: non quasi interium
permansuri:

Et illi dixerunt in bethleem iu
de: Sic.n. dictum est per prophe
tam. Et dant responsum
regi interroganti ex corde non tono:
Cum debuissent celare misterium regis
a deo praeparati ad salutem gentis iudee:
maxime in conspectu regis alienigene
qui non solum zelo regni · et etiam ge
neris alieni odio aduersaturus
regi postmodum futuro non ignorabat.
si ipsi sapientes noluissent considerare:
Et non solum manifestant misterium · et
ad huc ad fidem sermonum suorum propheti
cum praetulerunt exemplum: Tamquam qui
thesaurum domini sui ab scondito hostibus
eius prodant: et filii sint non praedicatores
operum dei: et potiores misteriorum eius:
et non doctores herodis: sed irritatores
malicie eius. Ex quibus docemur occulta
scripturarum non manifestare siquis sed
fidelibus. Dicat paulus praecipiens. Que
a me audisti per multos testes: hec com
menda fidelibus · qui possint etiam alios
docere: Et non solum propheticum miste
rium prodiderunt regi in iquo: et ad huc
ipsam prophetiam prodentes · ex uno gladio
suo omnis: et non exponentes oculis scripturarum
diuinitus inspiratarum: Inficiendorum pum
lorum facti sunt causa: Quomodo enim scriptum
erat: Et tu bethleem terra iuda · non
es minima inter principes iuda · ex te enim
exiet rex qui pascat populum israel · et dies meu
eius a diebus seculi: Si ergo integram prophe
tiam protulissent sicut fuerat dicta consi
derans herodes quia dies nasciturum regis
illius · a diebus seculi erant: et intelligens
antiquitatem honoris eius: quia non erat
ille talis rex terrenus · cuius dies a diebus
seculi erant: in tantum furore non exarsisset
adulus eius: Nunc autem percisa hac parte
prophetie que compescere poterat: Zelum
ipsius · primum prae sola protulerunt quem enim
poterat irritare: Vnde illis ira expo
nentibus putans herodes similes ceteris re
gibus ex ea nasci regem: puerulos interfecit
cum illis etiamsi occidere etiam christum: Q.
in sethies iudei herodem coacerunt quia de
bethleem nascitur ipse qui est gubernatur
populum israel · et se non coacerunt postquam nat
est ut crederent ei: Herodes illis credidit
quasi uera dicentibus ut persequeretur christum:
et ipsi sibi non crediderunt ut suscipiem
eum

Tunc uocauit occulte magos: et
diligenter exquisiuit tempus qui
eis apparuit stella: Et ait eis:
Ite et inquirite de puero: et cum inueneritis
renuntiate michi · ut et ego ueniens
adorem eum: Postquam audiuit herodes
responsum duplici modo credibile: Pri
mum quia a sacerdotibus fiat deum · Deinde
quia exemplo prophetico fiat comprobatum:
non ad deuocionem flectit nasciturum regis.
et ad malicia interfectionis eius per dolum: